



Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1857

IV. Markgraf Hermann überläßt der Stadt Eberswalde den Marktzoll, am 12. März 1306.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54734](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54734)

rum quoque et filiorum ac successorum nostrorum — altare quoddam construximus, quod dotauimus decem fructis videlicet duobus talentis denariorum Brand. dativorum et quatuor choris siliginis et quatuor choris hordei in censu manforum oppidi nostri Warnow die beati Martini annis singulis in perpetuum attollendis — Collationem — eiusdem altaris nobis — referuamus. Misse quoque celebrande sunt he etc. — Zeugen vnd Datum wie bei der vorigen Urkunde.

Aus Seidel's handschr. Urkunden-Sammlung.

IV. Markgraf Hermann überläßt der Stadt Eberswalde den Marktzoll,
am 12. März 1306.

In nomine sancte et individue trinitatis Amen. Ad memoriam presentium et certam noticiam futurorum. Nos Hermannus, dei gracia Brandenburgensis et Lufacie Marchio et Dominus de Henneberg, recognoscimus publice per presentes, quod propter pacem et commune bonum terre civitatis nostre Eberswalde forense telonium Burgenfibus civitatis ejusdem donavimus perpetuo possidendum, ita videlicet quod Consules, qui sunt et processu temporis fuerint in eadem, ipsum teloneum locandi, exponendi, committendi cuicumque voluerint et resumendi, prout civitati viderint expedire, liberam habeant in perpetuo facultatem. Item predictos nostros Burgenfes dicimus undique in terris nostris liberos et solutos ab omni teloneo dando tam in terris quam in aquis et precipue per descensum et ascensum Vinou et Odere in nostra distinctione. Igitur committimus seriose per presentes presentibus officialibus nostris seu qui pro tempore fuerint, ut nihil a predictis burgenfibus nostris nostre civitatis Eberswalde pro teloneo exigant seu requirant. Ne igitur super premissis imposterum dubium oriatur, presentes inde conscribi et sigilli nostri appensione iussimus communiri. Testes quoque hujus sunt Johannes Sparro, Henricus de Pole et Henricus de Oderberghe milites nostri, Thidericus de Bornum, Gerardus Wrest, Thidericus de Repckowe, Conradus de Schoenebecke et Otto de Gera vasalli nostri et plures alii fide digni. Datum et actum Werbellino, per manum Johannis, nostri subnotarii, Anno domini millesimo trecentesimo sexto, in die S. Gregorii Pape.

Aus gleichzeitiger Abschrift. Fehlerhaft mit dem Jahre 1307 in Gercken's Fragm. I, 42 abgedruckt.

V. Markgraf Hermann übergiebt dem Conrad von Finow und Meister Conrad die Mühle
zu Neustadt-Eberswalde und bestimmt deren Mahlzwang, am 8. Mai 1307.

In nomine domini amen. Humane actiones a memoria hominum laberentur, si non fidei testimonio firmarentur: fidele etenim testimonium habet scriptura, que intereuntibus hominibus, ea que sibi commendantur, non sinit aliquatenus interire. Hinc est, quod Nos Hermannus, dei gratia Brandenburgensis et Lufatie Marchio et Dominus de Hennebergh, recognoscimus et ad universonum presentibus pervenire notionem cupimus, quod honestis viris nobis dilectis Con-